



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro  
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.  
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &  
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione  
praecedentibus duobus Tomis primum additus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agr., 1684**

Decisio L. Maresciallus Sacrae Religionis S. Joannis Hierosolymitanian  
possit praeventivè cognoscere, & componere paceminter familias Magni  
Magistri & coram quo isti familiares debeant conveniri.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

actuali servitio Papæ vel Cardinalis insistat, & ut expensis illius vivat. DD. in  
*cum nobis de verb. signific. in 6. & Concil. Trident. cap. 5. sess. 14.* Quamvis ad effe-  
 ctum reservationis, & Regularium Cancellariæ sufficiat etiam honoraria fun-  
 damentalitas, ut latè dictum fuit in *Rosa decis. 174. à num. 7. & seq. part. 2. recent. vol.*  
*plenus Fagnan. in cap. ex part. num. 34. & seq. de privileg.*

Exemptiones autem familiarium & ministerialium Principis ad terminos. L.  
 subcularios C. de Præpos. sac. cubic. lib. 12. eleganter explicant, duæ sequentes de-  
 cisiones.

## DECISIO L.

Marescallus Sacræ Religionis S. Joannis Hierosoly-  
 mitani an possit præventivè cognoscere, & com-  
 ponere pacem inter familias Magni Magistri,  
 & coram quo isti familiares debeant conveniri.

R. P. D. PIROVANO.

Melevitana præminentiarum.

Decisio 297.  
par. 5. recent.

Veneris 18. Maji 1629.

## SUMMARIUM.

- |  |  |
|--|--|
| 1 Ad tribuni militum officium spectat<br>audire militum querelas.                      | 4 Familiares Principis non conveni-<br>entur coram Tribuno militum, sed<br>coram Sinfcalco, seu magistro do-<br>mus, & num. 6. |
| 2 Aëlus componendi rixas inter mil-<br>ites & aëlus jurisdictionis.                    | 5 Idem etiam determinatur de Deputatis<br>sacro ministerio.  |
| 3 Iuris assistentiam qui habet pro se,<br>dicitur habere intencionem funda-<br>mentum. | 7, Fami-   |



- 7 Familia Prelatorum Superiorum conveniuntur coram Ordinario.
- 8 Testes in numero ratione, & deponentes verisimiliora prevalent aliis.
- 9 Exemptionum materia est stricte interpretanda, & ad litteram intelligenda.
- 10 Privilegium familiarium, de quo in L. Cubicularios C. de Præpos. fac. Cub. lege 12. debetur Superiori dominantis.
- 11 Magnus Magister Religionis S. Ioannis Hierosolymit. dicitur Superior, & Dux belli.
- 12 Dignitas Ecclesiastica, & secularis per eandem personam potest representari distincte, & divisim una ab altera.
- 13 Titulus prænotat excellentiam.
- 14 Familia Magni Magistri S. Ioannis Hierosolymitan. quare debeat conveniri coram Ordinario.
- 15 Episcopus & Vicarius faciunt unum Tribunal, Consistorium, & Auditorium.
- 16 Episcopus quia potest in familiares suos, potest etiam Vicarius.
- 17 Exceptio certiarum personarum firmat regulam inclusivam in reliquis, & num. 18.
- 19 Exceptio nihil operatur, circa existentis contra Regulam suam.

**R**esoluto Mareciallum habere iurisdictionem præventivam, & Magnam Magistrum non posse avocare causas à Mareciallo præventas, questum fuit, an eodem modo Mareciallus possit præventivè componere paces inter familiares Magni Magistri, & Dominis visum fuit non posse.

Nam quamvis Officium Marecialli idem sit, prout Tribuni militum ex stabilimento 7. de verb. signific. ad cuius Tribuni officium spectat audire militum quærelas, & rixas, easque sedare, & componere. L. Officium S. officium Tribunalium, ubi gloss. in verb. principis. C. de re milit. lib. 12. Budens in cap. quamvis eod. titulo. Figerius lib. 2. de offic. Tribun. milit. Idemque videatur firmatum ex stabilimentis Religionis. tit. 10. de Bailivis cap. 2. & cap. 7. Et tit. 18. & comprobant testes dati summarie Marecialli numero 6. & 7. Nec dubitari possit quoad actum componendi rixas inter milites, quin sit de iurisdictione, quia hoc firmat Felin. de reg. & pace in vrb. numero 10. Et quidem ordinaria, ut jam fuit dictum in decisionibus causæ, ita ut Mareciallus videatur etiam fundare intentionem suam super assistentiâ juris ex causa universalis iurisdictionis, Capit. decis. 189. num. 7. Roman. consil. 123. num. 4. Nat. consil. 199. num. 10. Surd. consil. 180. num. 9.

Attamen hæc communis, & approbata conclusio solet declarari, ut non comprehendat veros familiares Principis dominantis, habentes qualitates familiarium.





liarium in Palatiis fervientium, commensalitatatis scilicet, & servitii pertractum in  
*L. Cubicularios C. de Propos. sacri Cubic. libro 12.* Cujus constitutionis verbum  
 lunt: *Cubicularios tam sacri Cubiculi mi;* quam venerabilis *Augusta*, quoniam  
 troque certum est obsequio occupatos, & Aula penetralibus inhaerentes, diversis  
 cia obire non posse; ab observatione aliorum Tribunalium liberamus, ut in sublimitate  
 solummodo in iudicio propositas adversus se exceptant actiones, & in illis, ab observa-  
 tione aliorum Tribunalium, consistit privativa jurisdictio, quoad alios iudices  
 inferiores, & tribuitur Siniscalco, seu Magistro domus, cui legitur directus  
 5 stitutio; idem determinatur de Deputatis sacro ministerio in *L. ut. C. de Capite*  
 & *Ministerian. eodem lib.* Et de adherentibus familiaribus Imperatoribus, in  
 6 protrahantur ad alia iudicia, sed subeant examen tantum Magistrum Officiorum, in  
 mantur in *lib. 2. C. de Decanis eodem libro 12.* in Praelatis quoque Superiorum  
 idem observatur, ut familiae illorum ab Ordinario non conveniantur. *ca. ult. in*  
 7 *Offic. Archid. l. 2. ubi omnes C. de Episcop. & Cleric. Capic. decif. 12. numero*  
*Clar. in §. fin. quest. 35. Menoch. de arbit. Caf. 562. numero 13. Farnac. in practi-*  
*quest. 8. numero 46. Crass. de effect. Clericor. effect. 1. numero 128.* Et de iuramento  
 dit observantia in hunc modum concludenter probata per testes Magni Magistri  
 in eius summario datos, praevalentes testibus Marescialli in numero, ratione, &  
 8 su verisimiliori, quibus in concursu semper inhaerendum est. *Rota decif. 239. num.*  
*2. 322. num. 6. 449. num. 8. coram Papa Gregorio XX.*

Non obstat, quod iura praedicta loquantur de familiaribus Imperatoris vel  
 Augustae, qui sunt supremi Principes; Magnus vero Magister respectu tempo-  
 9 raliū sit Feudatarius Regni Siciliae, respectu vero militum reputetur tanquam  
 Abbas Superior Religionis Regularis Sancti Joannis per Sedem Apostolicam  
 stituta, juxta constitutionem Pauli V. cui aliqua non debetur de jure praerogativa,  
 nec per consequens in hac exemptionis materia, tanquam ista inter pretationis &  
 10 ad litteram intelligenda, sit admittenda extensio.

Quia hic non agitur de extensione, sed de comprehensione ex vi identi-  
 11 tatis rationis; nam hujusmodi privilegia familiarium debentur Superiori domesti-  
 ti, qui in ejus Palatio dici potest Imperator, sicut & ipse Magnus Magister dici-  
 tur Superior, & Dux belli, unde qua ratione Tribunus militum exercitus Imper-  
 ratoris non haberet jurisdictionem in Palatio inter Familiares Imperatoris; quia in-  
 ferior est subiectus per dictam *L. Cubicularius*, ita Maresciallus, qui idem est cum  
 12 Tribuno, non debet jus dicere in Palatio Magni Magistri, qui est suus Dux &  
 & Superior. Neque dicatur quod iste Principatus secularis considerari non  
 possit respectu militum, sed tantummodo Superioritas Ecclesiastica sit attendenda,  
 cum



cum utraque dignitas per eandem personam possit representari distinctè, & divi-  
 sio una ab alterâ, prout quando Episcopus habet Civitatem, vel Castrum sibi  
 subiectum, cap. finali, ne Cler. vel Monach. in 6. cap. Romana §. debet autem  
 appellat. eodem lib. 6. Quia in eo Superioritas secularis est magis confidentanda  
 respectivè ad Tribunalum militum Exercitus, quia uti suo Duci exercitus servit, non  
 autem uti Abbati Superiori, ex quo in milites non utitur jurisdictione Monachali,  
 sed militari, & nihilominus, quia Magnus appellatur Magister, qui titulus prae-  
 ter Excellentiam, Cassan. in Catal. glormundiparte 9. consid. 4. Ratione istius ma-  
 gnae superioritatis etiam uti Ecclesiastico debetur privilegium, ut familia illius  
 non conveniatur ab Ordinatione. cap. ultim. cum gloss. de offic. Archid. cum aliis 13  
 supra adductis, quibus non adveniat, quod sicut Vicarius cognoscit de Fa-  
 miliaribus Episcopi. C. si Episcopus, ubi Archid. & Joann. Anar. de offic. Or-  
 din. in 6. Boer. decis. 9. numero septimo. Marc. decis. 281. in fine parte prima. Idem  
 videatur posse Mareciallus Officialis Magni Magistri, quia idem contingit pro-  
 pter unitatem Episcopi, & Vicarii, facientes unum Tribunal, Consistorium,  
 & Auditorium. C. Romana, ubi omnes de appell. in 6. C. non putamus, cum gloss.  
 de consuetudine in 6. Covarruo. pract. quest. cap. quarto. numero 4. ut non mirum,  
 si quae potest Episcopus in Familiares suos, possit & Vicarius, sed non ita 16  
 de inferiori Ordinarii dici potest per dictum caput ultimum de officio Ar-  
 chid. à quorum jurisdictione semper eximuntur familiares Superioris.

Demum non obstant stabilimenta Religionis. titulo decimo de Bailivis capite  
 secundo & septimo. titulo 18. cap. 59. Per quae ita Fratres Equites, prout & armo-  
 rum servientes supponuntur obedientiae Marecialli, exceptis Bailivis Conven-  
 tualibus, & locis Magni Magistri, quorum appellatione non veniunt familia-  
 res servientes, & ideo per exceptionem certarum Personarum in reliquis sit  
 firmanda regula inclusiva. Covarr. var. resol. lib. 2. cap. 5. num. 4. Rot. decis. 229. num.  
 2. par. 1. divers.

Quia exceptio praedicta est quidem apta includere personas cujuscunque  
 generis, qui tamen possunt conveniri sub ordinariâ jurisdictione Marecialli, &  
 in hac parte Regulam confirmat in omnibus non exceptuatis; Caterum quod  
 ampliat Regulam, etiam quoad eos, qui non cadunt sub ordinariâ jurisdictione,  
 prout non cadunt Familiares Principis. per d. L. Cubicularios, exceptio in hoc  
 nihil operatur, tanquam de existentibus extra Regulam suam. L. generalis §. u-  
 xori ff. de usufr. leg. Dec. in libro primo. numero vigesimo secundo. ff. de regul. jur.  
 Suid. decis. 124. numero undecimo, Rot. decisione 158. numero quinto coram Papa  
 Gregor. XV. Ex hoc enim sequeretur Correctio juris, & tollerentur casus per a-  
 liam  
 Gg 3



## DECISIO LI.

Ejusdem argumenti cum præcedente, quæ in hac  
 confirmatur.

R. P. D. PIROVANO.

Melevitana Præminentiarum.

Luna 3. Decembris 1629.

### SUMMARIUM.

- 1 Jurisdictio Marescialli Ordinis Hierosolym. non se extendit ad familiares Magni Magistri habentes qualitatem familiarium in Palatio servientium, ut inter illos pacem possit componere, & numero 20.
- 2 Text. in L. Cubicularios C. de Præp. Sac. Cubic. L. fin. C. de Castr. & Min. & L. 2. de Decan. lib. 12. loquuntur solum in Cubiculariis Imperatoris, & Augustæ.
- 3 Familiares Principum inferiorum, non eximantur à jurisdictione Ordinariorum, ratione solius Familiaritatis Principis.
- 4 Familiares Principum pro pace componenda possunt conveniri ad Ordinarius locorum.
- 5 Forum in loco delicti Commissi, quis sortitur.
- 6 Exemptio personalis non suffragatur, quando committitur delictum sub jurisdictione alterius Principis.
- 7 Exemptio personalis, Familiarium Principis servanda est, ubi Princeps residet.
- 8 Index inferior, in loco, ubi Princeps domi-